



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Epistola IV. Vrbani Papae III. Ad Baldvinvm Episcopvm Cantvariensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

## EPISTOLÆ.

II

mus non latere, quod supradictus Dunkeldensis ita honeste suum est negotium prosecutus, & honori regio detulit, quod nihil omnino proposuit, quod in derogationem regii nominis valeat redundare, vel quo tua serenitas aduersus eum debeat commoueri. Vnde si quid ab æmulis eius in contrarium fuerit celsitudini tuae suggestum, talium verbis aurem regiam non apponas. Datum Verona secundo Kalendas Augosti.

## EPISTOLA III.

### VRBANI PAPÆ III.

AD IOCELINVM GLASCVENSEM EPISCOPVM,  
ET ABBATES.

Eiusdem argumenti.

*Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Jocelino Glascuensi episcopo, & dilectis filiis de Melros & de Newbottle & de Dunfermelyn abbatibus, salutem & apostolicam benedictionem.*

**C**VM ex iniuncto nobis a Deo administrationis officio ad vniuersas ecclesias proximas nobis & longe positas aciem nostræ considerationis teneamur extendere, &c. Eadem fere cum superiori. Extat apud Rogerum de Houeden annalium parte posteriori anno MCLXXXVI. sub Henrico II.

## EPISTOLA IV.

### VRBANI PAPÆ III.

AD BALDVINVM EPISCOPVM CANTVARIENSEM.

*De ecclesia in honorem sanctorum Stephani & Thomæ construenda.*

**P**RÆSENTIVM tibi auctoritate mandamus, vt liceat tibi ecclesiam in honorem beatorum martyrum Stephani & Thomæ construere, & de idoneis eam ornare personis, quibus beneficia, quæ ad eorum sustentationem constitueris, canonice debeas assignare. Item fraternitati tuæ mandamus, vt quarta parte oblationum, quæ ad reliquias beati Thomæ martyris offeruntur, monachorum vñibus concessa, quarta fabricis ecclesiæ deputata, quarta pauperibus erogata, quartam portionem liceat tibi in alios ysus bonos protuæ voluntatis arbitrio erogare.

*Concil. Tom. 28.*

B ij